

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8900

**Auteur(s) :** Robert V Marmion [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Barbery, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [...1200...]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert [V] Marmion, neveu de Guillaume de Beauchamp, donne son accord à l'échange réalisé entre l'abbaye de Barbery et Robert d'Ouffières à propos de la quatrième part de la dîme des églises de Saint-Germain-de-Chemin et de Saint-Hermès de Fontenay-le-Marmion. Or ces terres avaient été offertes à l'abbaye par Robert [IV] Marmion, et Robert [V] son fils accepte le transfert de la possession de ces terres, qui retrouvent ainsi leur statut féodal initial, avec toutes les obligations qui y sont liées et dont Robert d'Ouffières et ses héritiers devront s'acquitter envers les seigneurs de Fontenay-le-Marmion.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1561 (n° 392).

## Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

### Texte d'après A

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Robertus Marmion, nepos Willelmi de Bellocampo, salutem in domino perpetuam. Noverit universitas vestra quod cum Robertus de Offeris miles quartam partem decime frugum in parrochia ecclesiarum Sancti Germani de Chimino et Sancti Hermetis de Fonteneto Marmionis jure hereditario possideret, abbas vero et monachi de Barbereio in villa que dicitur Maisons quasdam terras in suo dominico quarum nomina que in cartis monachorum et militis quas a se invicem habent sigillis propriis roboratas certis vocabulis exprimuntur, ex donatione Roberti Marmion patris mei interveniente assensu meo pacifice possiderent, commoditate permutationis honeste hinc inde considerata, dictus Robertus, assensu et voluntate Philippi filii sui et Hugonis fratris sui, prefatam decimam in excambium illarum terrarum abbatie de Barbereio in perpetuam puram, liberam et quietam elemosinam dedit et concessit, et ipse in excambium ab abbatie et monachis de Barbereio terras supradictas accepit sibi et heredibus suis a domino Fonteneti Marmionis jure hereditario possidendas. Et quam dicta decima cum alia parte feodi predicti militis honoribus et servitis secularibus prius erat subjecta, ut ipsa decima in elemosinam translata penitus sit quieta et libera et ab omni servitio seculari in perpetuum absoluta, memoratus miles omnia servitia et honorata secularia que inde ipse et antecessores sui facere debebant aut consueverant, in terras sepeditas et in reliquum feodum suum transtulit et recepit. Ego autem huic excambio hinc inde facto assensum et auctoritatem prebens ipsum ratum habui, et prefatam decimam abbatie de Barbereio in elemosinam perpetuam puram, liberam et quietam concessi, terras quoque dictas supradicto

militi et heredibus suis sub forma dicta tenendas similiter concessi. Ut igitur hec concessio mea perpetuam habeat  
firmitatem et memoriter teneatur, eam presenti scripto et sigilli mei munimine confirmavi.